



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDCXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

circa illam dulcia vult esse omnia , etiam ipsas nubes quas ita compellat : *Nubes, pluite dulcem latitiam omnibus hominibus .*

1051 *P. Gaspar Federichus Panormi æger in Collegio medicinas quaslibet obedienter accipiebat cum ei diceretur; hoc illi à Beatisima Virgine Matre mitti . Nocte quā decessit, cuidam dictum ferunt diuinitus : Nunc cælesti gloriā donari , eamque ingredi religiosum Panormi nocte illā extinctum . Hisce verbis auditis, mox Collegij æs campanum quo P. Gasparis mors annunciabatur, auditum est . Nec aliis quisquam religiosorum eā nocte istic decessit .*

1052 *Burdigalæ tirones duos in Societate retinuit Virgo Mater, cum eorum votis sollicitata , utrique sanitatem restituit; febre ab altero depulsâ, infestissimâ sex mensium grauedine ab altero .*

A N N O M D C X I I I .

1053 *P. Sebastianus Sarmiento Deiparæ laudum variè ac scitè celebrandarum studiosissimus , à dæmonibus aspectibili specie sèpè se oculis obijcietibus crebrò vexatus , à Beatisima Virgine contra illos etiam extremo in morbo defensus fertur ; fama enim est eam illi vnâ cum Christo apparuisse , eumque solatam esse , Angelis cælestè carmen cantibus . Atque inter hasce delicias desit viuere inter mortales .*

1054 *Quicquid admirabilium deliciarum vel beneficentiaz cuiuscunque Sodalibus suis exhibet Dei Mater, id Societati hortamento est ad eos in eius cultu per omnem industriam educandos . Plenæ horum beneficiorum sunt annuæ . Hoc anno apud Vlyssponenses lectulo affixum Sodalem gravis morbus, at maximè naufea , enecabat , cum de-*

Obedien-
tia .

1612.
Mors .

ann .
p. 707.
Valetudinem suū
illi com-
mittere .
ob. 1613.
8. Aug.
Burgis .
Contra-
dæmones
ab illa-
opem po-
stulare .

p. 734.

R R R plo-

*Aegros vi
ser.*

*Speculi
fol. 39.*

*Annuæ
pag. 218.*

*Dei Ma-
tris opem
exposcere
pro hæ-
ticis con-
uertendis.*

*Annuæ
pag. 301.*

*Item in
merbo.*

ploratâ iam valetudine aiunt ægro blandiri visam,
Deiparam, & puerum pomorum calathum illi ob-
tulisse, ac naufragium illi omnem, morbumque abster-
sisse. Sint Sodalitates, imò animæ nostræ, ancille
huius Dóminæ. S. Bonaventura, *Ancilla*, inquit,
Domina MARIA est quilibet anima fidelis.

ANNO MDCXIV.

1055 Etiam hoc anno Virgo Mater operâ no-
strâ vti dignata est quando puellam Lutheranam
ad quendam de Societate Patrem dicitur direxisse,
vt ab eo institueretur in fide. Virgo Norimber-
gensis, aiunt annuæ Rhenanæ, honestis, & copiosis
nata parentibus, Lutherano in ritu, Angelicæ Salu-
tationis formulam ex Catholico didicerat, eamque
DEI Matri studiosè recitabat. Quo genere officij
assedita est, ignara licet, vt Deiparam sibi concilia-
ret; cuius per quietem admonitu iussa est Bambergam
proficiisci erudienda Catholicis institutioni-
bus ab eo de nostris Patribus qui designabatur. Cu-
ius nocturni visi vt maior constaret fides, ille idem
Sacerdos noster à Beata Virgine iussus est (vt ipse aiebat)
aduenienter pueram excipere, ijs indicatis argumen-
tis, vnde posset agnoscere adiectis etiam ad cæteras
notas singularibus euentis, quæ Virginæ Lutheranæ
omni vitâ obtigerant, vel ijs quoque, quorum unum
DEVM consciū haberet. Aiebat hæc postea tum
iam Catholica; nulli hæretico posse accidere, vt cum
hæresi è vita decederet, cui cælorum Regina fuisset
in honore.

1056 In huius anni litteris Antuerpiæ B. Virgo
Aspricollina, Fratris nostri, diris terti morbi crucia-
tibus conflictati, votis sollicitata eum derepentè
persauuit, in quem summa Medicorum ars suam
viam omnem frustra expromperat. Et ad strangu-
liz,